solum ipsa vita sed et promissio vite eterne et exspectatio iustorum
letitia est et tanta letitia ut omne quod concupiscitur ei non valeat compara-
ri. Hinc ergo prudentiam nobis apostoli sancti commendaverunt. Martires vero manifes-
tum est fortitudinem commendasse. Porro vero confessores commendaverunt ius-
titiam quia in omni vita sua servierunt. Hec enim interest inter martires
et confessores quod et inter Petrum semel omnia relinquentem et Abraham
substantiam mundi in bonos usus expendentem. Sic enim illi consummati in brevi
expleverunt tempora multa. Isti vero et longa et multimoda tex-
ere martiria. Virgines vero planum est quia temperantiam commenda-
verunt que sic libidinem calcaverunt. || Item sermo in annuntia-
tione dominica de illo psalmi.

Ut inhabitet gloria in terra nostra misericordia et veri-
tas obviaverunt sibi iustitia et pax osculate sunt. Glori-
a nostra hec est ut ait apostolus testimonium conscientie nostre. Non
quidem tale testimonium quale superbus ille phariseus habe-
bat seducta et seductrice cogitatione testimonium perhibens
de seipso et testimonium eius verum non erat. Sed cum spiritus ipse testimonium
perhibet spiritui nostro. Porro hoc testimonium in tribus consistere credo. Ne-
cesse est enim primo omnium credere quod remissionem peccatorum habere non pos-
sis nisi per indulgentiam dei. Deinde quod nichil prorsus habere queas o-
peris boni nisi et hoc dederit ipse. Postremo quod vitam eternam nullis po-
tes operibus promereri nisi gratis tibi detur et illa. Quis enim potest
facere mundum de immundo conceptum semine nisi qui solus est mundus? Vi-
tium quod factum est non potest non fieri ipso tamen non imputante erit quasi non
fuerit. Quod propheta quoque considerans ait: Beatus vir cui non imputavit
dominus peccatum. De operibus quoque bonis certum omnino est quod nemo ea habet a
seipso. Nam si stare non potuit humana natura adhuc integra quanto
minus poterit per seipsam resurgere iam corrupta? Certum est ad su-
am originem universa quantum in se est tendere et in eam proclivi-
orem semper esse pronam. Sed et nos qui de nichilo creati sumus constat
quod si nobis ipsis relinquimur in pronum semper quod nichil est declinamus.
|| Jam vero de vita eterna scimus quia non sunt condigne passiones huius
temporis ad futuram gloriam nec si unus omnes sustineret. Neque enim
talia sunt hominum merita ut propter ea vita eterna debeatur ex iure aut
deus iniuriam aliquam faceret nisi eam donaret. Nam ut taceam quod me-
rita omnia dei sunt dona et ita homo magis propter ipsa deo debitor sit quam
deus homini. Quid sunt omnia merita ad tantam gloriam? Denique quis
melior est propheta cui dominus ipse tam insigne testimonium perhibet
dicens: Virum inveni secundum cor meum? Veruntamen et ipse habuit ne-
cesse dicere deo: Non intres in iudicium cum servo tuo. Nemo itaque se sedu-
cat quia si bene cogitare voluerit inveniet procul dubio quod nec cum

Necesse est omni primo credere remissionem peccatorum habere non posse nisi per indulgentiam dei
Job 14

decem millibus possit occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se.
Verum haec quae nunc diximus non omnino sufficiunt sed magis initium quo-
ddam et velut fundamentum fidei sunt habenda. Itaque si credis peccata tua non
posse deleri nisi ab eo cui soli peccasti et in quem peccatum non cadit, bene fa-
cis. Sed adde adhuc ut hoc credas quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est
testimonium quod perhibet in corde nostro spiritus sanctus dicens: Dimissa sunt tibi pecca-
ta tua. Sic enim arbitratur apostolus iustificari hominem gratis per fidem. Ita
de meritis: quoniam si credas non posse haberi nisi per ipsum non sufficit do-
nec perhibeat testimonium spiritus veritatis quod ea habeas per illum. Sic et
de vita aeterna habeas necesse est testimonium spiritus quod ad eam sis divino munere
perventurus. Ipse enim peccata condonat, ipse donat merita et praemia nihil-
ominus ipse redonat. Porro testimonia ista credibilia facta sunt nimis.
Nempe de remissione quidem peccatorum validissimum teneo argumentum
dominicam passionem. Vox siquidem sanguinis eius multo plus
quam vox sanguinis Abel clamans in cordibus electorum remissionem omnium
peccatorum. Traditus est enim propter peccata nostra, nec dubium quin potentior
et efficacior sit mors illius in bonum quam peccata nostra in malum. De bonis
autem operibus argumentum nihilominus michi efficax est resurrec-
tio eius quia resurrexit propter iustificationem nostram. Porro de spe p-
raemiorum testimonium est eius ascensio quia ascendit propter glorificationem
nostram. Haec tria in psalmis habes dicente propheta: Beatus vir cui
non imputavit dominus peccatum. Et alibi: Beatus vir cuius est auxilium abs te.
Item alibi: Beatus quem elegisti et assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis.
Haec est gloria vera gloria inhabitantis quia ab eo est qui per fidem habi-
tat in cordibus nostris. Filii vero Adam gloriam quae ab invicem est quaerentes
gloriam quae a solo deo est non volebant et sic gloriam extrinsecus fluen-
tem sectantes habebant gloriam non in semetipsis sed magis in aliis. Vis
nosse unde hanc sit inhabitans gloria e diverso breviter quam administrat fe-
stinat intentio nostra et ex sola propositione in verbis illis propheticis
investigare sed reflexit ad moralia occurrens pro tempore apostolicus
sermo de interna gloria et testimonio conscientiae. Sic ergo inhabitat haec
gloria etiam haec in terra nostra si misericordia et veritas obviaverint sibi
et se se iustitia et pax osculentur. Praeveniente siquidem misericordia
et veritas confessionis ne occurrat necesse est. Ne de cetera sermoniam
sectemur et pacem sine qua nemo videbit deum. Ubi enim contingit quis
iam tunc cum misericordia praeveniat sed nequaquam ingredietur donec et
veritas confessionis occurrerit. Peccavi domino ait ipse David ad Nathan
prophetam cum de adulterio et homicidio argueretur. Et dominus transtulit pec-
catum tuum a te ait propheta. Nimirum misericordia et veritas obviave-
runt sibi. Et hoc quidem ut declines a malo. Sequitur et facias bonum
in tympano tibi et choro psallendum est ut ipsa mortificatio carnis

de donatione peccatorum

tue et pure fructus ac iustitie opera in unitate et gaudia fiant qui vin-
tus spiritus vinculum est perfectionis. Neque ad dexteram neque ad sinistram declina-
verit. Sunt enim quorum dextera est dextera iniquitatis. Phariseus ille cum super-
[menitmus] non erat sicut ceteri homines et ipse sibi ut diximus testimonium per-
hibuit sed non verum. Sane quisquis ille est in quo misericordia et veritas obvi-
averunt sibi iustitia et pax osculate sunt securus glorietur sed glorietur in
eo qui sibi testimonium perhibet in spiritu utique veritatis. ¶ Ut inhabitet gloria
in terra nostra misericordia et veritas obviaverunt sibi iustitia et pax osculate sunt.
Si gloria patris filius sapiens [est ut sit sapiens] ipsa sapientior nemo loquetur pro-
fecto gloriam patris Christum dei virtutem et dei sapientiam esse. Quia ergo multi-
pharie multisque modis de eo predicti fuerant in prophetis, ipse in terris viden-
dus fuerat et inter homines conversaturus, quomodo id factum sit et im-
pletis que de eo per os omnium prophetarum dicta fuerant habitaverit gloria
in terra nostra psalmista indicat hiis verbis, ac si manifestius dicat: Ut
verbum caro fieret et habitaret in nobis misericordia et veritas obviaverunt
sibi iustitia et pax osculate sunt. Magnum sermone [tu fieres] et diligentius
perscrutandum nisi et intellectus misterio et ipsi quoque intellectui verba dees-
sent. Dico tamen utrumque modicum id quod sentio si forte vel occasionem dedisse vi-
dear sapienti. Videor mihi videre dilectissimi quatuor hiis virtutibus
amictum hominem primum ab ipso sue creationis exordio et ut propheta me-
minit vestimento salutis indutum. Est enim in hiis quatuor salutis integ-
ritas nec sine aliis potest constare salus perfectionis cum nec possint esse virtu-
tes si abinvicem separentur. Accepit igitur homo misericordiam custodem [sibi et]
atque pedissequam ut ipsa preiret ipsa et sequeretur eum ipsa quoque protege-
ret et conservaret ubique. Vides qualem nutricem condidit parvulo suo deus
qualem dedit pedissequam homini recens orto. Sed erat illi necessaria
[eruditio] utpote ingenue et nobili creature ut non sicut iumentum [se con-]
duceret sed tamquam parvulus educaretur cum sine magisterio nemo po-
terit aptior inveniri quam ipsa veritas que eum in agnitionem summe perduce-
ret aliquando veritatis. [Iterum] inde ne sapiens inveniretur ut faceret malum [sic]
sicque periret et tamquam scienti bonum et non facienti iustitia quoque qua
regeretur accepit. Adhuc et pacem qua foveretur et deliciaretur addidit ma-
nus benignissima creatoris. Pacem utique duplicem ut nec intus pugne nec
foris timores, id est nec caro concupisceret adversus spiritum nec esset ei cre-
atura ulla formidini. Nam et bestiis omnibus libere imposuit nomina et ser-
pens ipse per violentiam non presumpsit fraude eum magis aggressus est. Quid
huic deerat quem misericordia custodiebat, docebat veritas, regebat
iustitia, pax fovebat? Sed heu homo iste ad multam [pernitiem] et insipienti-
am sibi descendit de Ierusalem in Iericho sed quid? incidit in latrones a quibus
et ante omnia legitur despoliatus. Nam non despoliatus qui domino veniente
nudum se esse conqueritur? Nec vero poterat reinvestiri vel ablata sibi re-

rupe vestimentum nisi xpus sua amitteret. Sicut enim vniuersitati adam insi-
militer veniente corporali morte xpi non potuit. immo nec reuestiri sine eius de-
spoliatione. Et vide si non hec quatuor partes vestimenti quas amise-
rat primus et vetus homo totidem quoque diuisa sunt scindi et noui ho-
minis vestimenta. In forte quoque est tunicam inconsutilem que non di-
uiditur sed sorte prouenit. Ego diuinam arbitror esse ymaginem que
nimirum non assuta sed insita atque ipsi impressa nature diuidi scindique
non potest. Ad ymaginem nempe et similitudinem dei factus est homo. In li-
bertate ymaginem libertatem virtutes habens in similitudine. Et similitudo quidem
periit. Verumptamen in ymagine pertransit homo. Ymago siquidem in ge-
henna ipsa vri poterit non exuri. ardere sed non deleri. Hec ergo non scin-
ditur sed sorte prouenit et quocumque prouenit aut ibi erit simul et ipse-
nam similitudo non sic sed aut manet in bono aut si peccauerit anima mu-
tatur miserabiliter iumentis insipientibus similata. Sed quia spoliatum
virtutibus quatuor hominem diximus quomodo singulis sit spoliatus co-
gnitum est ut dicamus. Perdidit homo iusticiam in eua serpentis adam
mulieris voci obediuit potius quam diuine. Et ut sibi residuum aliquid quod ap-
|| id est a domino prehendere possent id est dominus sub illo scrutinio inuenit sed abicerent
etiam illud concessi in verba malicie ad excusandas excusationes in pec-
catis. Prius enim iusticie portio non permitte scindi per penitentiam dampnare
peccatum. perdidit et misericordiam cum sic excusit eam in temptatione sua
ut nec sibi nec viro nec filiis parceret misericors similiter omnes terribile
maledictum et necessitatem mortis adiciens. Adam quoque indignatum diuine
mulierem pro qua peccauerat obicit quasi post tergum eius volens
declinare sagittam. Vidit enim mulier lignum quod esset pulchrum visu
et ad vescendum suaue. et a serpente audierat tamquam dii essetis fu-
turi. Funiculus triplex difficile rumpitur curiositatis voluptatis et va-
nitatis. Hec sola mundus habet concupiscentiam carnis concupiscentiam oculorum
et superbiam vite. His abstracta et illecta misera eua crudelis mater
abiecerat sicut et adam qui mulieri male misertus est ut cum ea pecca-
ret quia noluit misereri aut penam sustinere pro ea. Prudentia est etiam
mulier vetita primo quidem male detorquens quod audierat morte mo-
riemini et dicens ne forte moriamur. Demum serpenti credens penitus abne-
gauit et dicenti nequaquam moriemini. Prudentia est etiam adam veritate
vbi eam erubuit confiteri velamina excusationum operimenta prendens.
Siquidem ipse dicit. qui erubuerit me coram hominibus erubescam et ego
eum. Pacem quoque protinus amiserunt quia non est pax impiis dicit dominus.
Videre enim continuam legem repugnantem in membris suis quos de nouo pu-
dere cepit in nuditatis. Timui inquit eo quod nudus essem. Nostre miser non
sic paulo ante timebas non querebas folia licet corpore nudus sicut et nunc
|| Ex hoc sane ut prophetice ipsius parabolam prosequamur qui sibi obuiasse

eas et exsultans in osculo meo erat. Gravis quedam inter virtutes vi-
detur orta contentio. Siquidem veritas et iustitia miserum affligebant,
pax et misericordia zelo huius expressius indicabat magis esse parcendum. Sunt enim
collactanee hee due sibi quemadmodum et priores. Unde et factum est
ut prevalentibus illis ultione et punitione hinc inde ardentibus
et presentes molestias futuris cumulantibus consummatione supplicii ille se
recederet in cor patris redeuntes ad dominum qui dedit illas. Solus siquidem ipse
cogitabat cogitationes pacis non afflictionis plena quod videretur. Siquidem
non cessabat pax, non enim misericordia dabat silentium sed pio quodam susurrio
pacifica pulsantes viscera loquebantur. Nunquid in eternum proiciet deus aut
non apponet ut complacitior sit adhuc? Nunquid obliviscetur misereri
deus aut continebit in ira sua misericordias suas? Et quamvis diu multumque visus
sit dissimulare pater misericordiarum et magis preferret zelo iustitie et
veritatis, non tamen infructuosa fuit supplicantium importunitas sed exau-
dita est in tempore optimo. Forte enim interpellantibus tale dicebat respon-
sum: Usquequo preces vestre? Debitor sum et sororibus vestris quas ac-
cinctas videtis ad faciendam vindictam in nationibus, iustitie et verita-
ti. Vocentur veniant et super hoc verbo pariter conferamus. Festinant
ergo legati celestes, et ut videre miseriam hominum et crudelem plagam,
ut propheta loquitur, angeli pacis amare flebant. Quis enim fidelius que ad
pacem sunt quereret quam angeli pacis? Sane ex deliberatione communi ascen-
dit veritas ad constitutum diem sed ascendit usque ad nubes, nondum pla-
ne lucida sed sibi obscura et obnubilata adhuc zelo indignationis.
Factumque est ut legimus in propheta: Domine in celo misericordia tua et veritas tua
usque ad nubes. Medius autem pro limine residebat et utrique pro parte
sua quod habebat utilius loquebatur. Quis putas illi colloquio meruit
interesse et indicabit nobis? Quis audivit et enarrabit? Forte ine-
narrabilia sunt et non licet homini loqui. Summa tamen contentionis totius
hec fuisse videtur. Eget misericordia creatura rationalis, ait misericordia, quoniam
misera facta est et miserabilis valde. Venit tempus miserendi eius
quia iam preteriit tempus. E contra veritas: Oportet inquit impleri ser-
monem quem locutus es domine. Totus Adam moriatur. Necesse est cum illis
qui in eo erant quando vetitum pomum in prevaricatione gustavit. Ut quid
ergo ait misericordia, ut quid me genuisti pater cito peritura? Sicut enim Scit
veritas quia misericordia tua periit et nulla est si non aliquando miserearis.
Similiter autem et illa e contrario loquebatur: Quis enim nescit quia si prevaricator sibi
prevaricator sententiam mortis evaserit periit nec permanebit in eternum
veritas tua domine? Ecce vero unus de cherubim ad regem Salomonem
suggerit esse mittendum quia filio inquit datum est omne iudicium. Et
in eius ergo conspectu misericordia et veritas obviaverunt sibi eadem que
supra meminimus verba querimonie repetentes. Fateor ait veritas

Zelum bonum habet misericordia sed utinam secundum scientiam. Nunc autem quid. prevarica-
tori potius quam servari iudicat esse parcendum. At tu inquit misericordia neutri
parcis sed tanta indignatione sevis in prevaricatorem ut involvas pariter
et sororem. Quid male merui? Si quid habes adversum me dicito
mihi. Sin autem quid me persequeris? Grandis contraversia fratres et intrica-
ta nimis disceptatio. Quis non illic diceret bonum nobis erat si natus
non fuisset homo iste? Sic erat dilectissimi sic erat. Non videbatur
quo simul conservari possent misericordia et veritas. Cumque adderet veritas in ipsum
quoque iudicem patris sue merito retorquere dicens. Cavendum deo ne
fieret irritum verbum patris ne sermo vivus et efficax qualibet omissio-
ne evacuaretur. Queso ait pax parcite verbis huiusmodi. non nos ta-
lis altercatio decet. virtutibus est inhonesta contentio. Porro iudex
inclinans se digito scribebat in terra. Erat autem verba scripture que
pax ipsa legit in auribus omnium ea siquidem propius assidebat. Hec dicit
perii si adam non moriatur et hec dicit perii ni misericordiam consequatur. Fiat mors
bona et habet utraque quod petit. Obstupuere omnes in verbis sapientie et
forma compositionis pariter et iudicii. Siquidem manifestum fuit nul-
lam eis querimonie occasionem relinqui. siquidem fieri posset quod
utraque petebat ut et moreretur et consequeretur misericordiam. Sed id quo
fiet inquiunt? Mors crudelissima et amarissima. mors terribilis
et ipso horrenda auditu. bona fieri qua tandem poterit ratione? At
ille. Mors inquit peccatorum pessima sed preciosa potest fieri mors sanctorum.
An non erit preciosa si fuerit ianua vite porta glorie? Preciosa inquiunt.
Sed quo fiet istud? Fieri ait potest si ex caritate moriatur quis ali-
quis qui nihil debeat morti. Neque enim detinere poterit mors innoxium
sed forabitur ut scriptum est maxilla leviathan et destruetur paries medius
solvetur quoque chaos magnum quod inter mortem vitamque firmatum est. Ni-
mirum caritas fortis ut mors immo et fortior morte si fortis ille in-
traverit armatum alligabit eum et diripiet utique vasa eius sed et ipso
transitu suo ponet profundum maris viam et transeunt liberati.
Bonus iste est sermo ut pote fidelis et dignus omni acceptione. Sed
ubi ille poterit innocens inveniri qui mori velit non ex debito non
ex malo merito sed ex beneplacito suo? Circuivit veritas orbem ter-
re et nemo mundus a sorde nec infans cuius est unius diei vita super
terram. Sed et misericordia omne celum perlustrat et in angelis quoque ne dex-
erim puritate maiorem invenit caritatem. Nimirum alii hec victoria
debebatur quo maiorem nemo habet caritatem ut animam suam ponet pro
servis inutilibus et indignis. Nam et si ipse iam non dicit nos servos hec
ipsum immense dilectionis est et eximie dignationis. Nos autem et si omnia
que precepta sunt nobis fecerimus quid aliud dicere debemus nisi quia servi
inutiles sumus. Sed quis eam sibi hec convenire presumet. Redeunt ad

constitutam diem veritas et misericordia anxie plurimum in eo conventu quo considerabant. Tunc vero seorsum pax consolans eas: Vos inquit nescitis quicquam nec cogitatis. Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum qui consilium dedit ferat auxilium. Intellexit rex quid loqueretur et ait: Penitet me fecisse hominem. Pena inquit me tenet. Mihi debetur sustinere penam, penitenciam agere pro homine quem creavi. Tunc ergo dixit: Ecce venio. Non enim potest hic calix transire nisi bibam illum. Et accersito protinus Gabriele: Vade inquit dic filie Syon: Ecce rex tuus. Festinavit ille et ait: Adorna thalamum tuum Syon et suscipe regem Christum. Porro venturum regem misericordia et veritas precesserunt sicut scriptum est: Misericordia et veritas precedent faciem tuam. Iusticia thronum preparabit secundum illud: Iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Pax cum rege venit ut prophete fideles invenirentur qui dixerunt: Pax erit in terra nostra cum venerit. Inde est quod nato domino angelorum chorus canebat: Pax in terra hominibus bone voluntatis. Sed et tunc iusticia et pax osculate sunt que non modice videbantur hactenus dissidere. Prius enim si qua erat ex lege iusticia non osculabatur sed ardebat magis habebat urgentis timore quam provocantis dilectione. Sed nec habuit illa reconciliationem sicut habet nunc que ex fide noscitur esse iusticia. Alioquin quid erat quod nec Abraham nec Moyses nec ceteri iusti temporis illius in obitu suo patere illam beatitudinis eterne apprehendere aut regnum patris potuerunt introire nisi quod nondum adhuc iusticia et pax sese fuerant osculate? Ex hoc sane dilectissimi fratres nobis zelo sectanda iusticia est. Siquidem iusticia et pax osculate et indissolubile amicicie inierunt fedus ut quicumque testimonium iusticie secum tulerit hilari vultu eum et amplexibus letis excipiat pax ut in idipsum dormiens et requiescens. || Item de septiformi spiritu in Christo in annunciatione dominica.

Considerare est fratres in sollempnitate hodierna dominice annunciationis velut amenissima quadam planicie simplicem recitationis historiam. Intimatur nova legatio angeli Gabrielis et nova virgo profitetur virtute nove salutationis honoratur obsequio antiqua excluditur maledictio mulierum nova nova mater accipit benedictionem. Impletur per graciam que graciam nescit et spiritu superveniente altissimo parat filium que virum dedignatur admittere. Infunditur ad nos eadem porta salutis antidotum qua venenum serpentis ingrediens universitatem generis occupaverat humani. Invenies huiusmodi flores ex his facile est legere pratis. Sed inter medium videre est profunditatis abyssum. Abyssus plane inscrutabilis incarnationis dominice sacramentum. Abyssus impenetrabilis: Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Quis enim investiget, quis attingat, quis apprehendat? Puteus altus est et in quo hauriam non est mihi. Veruntamen solet interdum superposi

sicca pietatis humectare lintheamina super cubilis. Propterea sine
licet interrupte iterare proprie consuevi sermonibus frequentare velut
super os huius putei expando ad te domine manus meas pro eo quod anima
mea sit sicut terra sine aqua tibi. Et nunc si quid est quod ascendentibus de terris de
nebula tenuis exhibeat cogitatio, nobis fiat medium illud secundum nudam
communicare propositum velut expresso lintheamine vel exigua refun-
dens celestis stillicidia roris. Queritur igitur qua ratione filius magis incar-
natus sit quam pater aut spiritus sanctus cum totius trinitatis non modo equalis
sit gloria sed et una eademque substantia. Sed quis cognovit sensum
domini aut quis consiliarius eius fuit. Altissimum est misterium nec nos op-
ortet temere super huiusmodi precipitare sententiam. Videtur tamen nec pater
nec spiritus incarnatione in pluralitate filiorum effugisse confusionem dum alius dei
alius hominis filius diceretur. Videtur et id maxime congruum ut is specialiter
filius fieret qui filius erat ne quid esset ambiguitatis in homine. Deni-
que ipsa est virginis in ecclesia singularis et excellens prerogativa ma-
tre quod filium unum eundemque cum deo patre meruit habere communem quam sine
prole constat si non filius incarnaretur. Sed nec nobis plus alia dari posset
occasio sperande hereditatis. Factus siquidem primogenitus in multis fratribus
qui unigenitus erat assistet eos sine dubio in hereditate quos vocavit in
adoptione. Si enim filii et heredes. Hic ergo Christus Ihesus mediator fide-
lis sicut in persona una dei hominisque substantiam copulavit ineffabili sacra-
mento sic et in ipsa reconciliatione consilio usus altissimo mediando
servavit equitatem utrisque tribuens quod cuique competebat honorem deo hominibus
miserationem. Hec enim optima inter offensum dominum et reum servum for-
ma compositionis ut nec honorande domini zelo servus opprimatur iustiore
sententia nec rursus dum huic immoderatius condescendit ille debito frau-
detur honore. Audi igitur et diligenter observa angelicam in huius mediato-
ris ortu distributionem. Gloria inquiunt in altissimis deo et in terra pax homi-
nibus bone voluntatis. Huius denique gratia observationis fideli reconciliatori
Christo nec timoris spiritus defuit quo patri semper reverentiam exhiberet semper
et deferret semper eius gloriam quereret. Nec spiritus pietatis quo miseri-
cordie compateretur hominibus. Unde et nemo habuit spiritum quoque sci-
entie per quem timoris iter et pietatis distributio fieret inconfusa.
Et nota quod in primo illo parente nostro pariter tres quidem actores extiterunt
sed manifeste defecerunt tria habens. Deum enim erat diabolum et adam non
habuit erat scientiam quia ut ait apostolus seductus est in prevaricatione. Verum
hec quidem serpenti non defuit qui callidior dicitur cunctis animantibus
sed pietatem malignus non habuit qui homicida factus est ab initio. Adam
vero prius forte videtur mulierem non contristando sed timore domini dereliquit
vocem illius obediens potius quam domini. Utinam magis timor domini preva-
luisset in eo sicut de Christo scriptum legitur quod replevit eum non pietatis

spus sed timoris. In oibus enim et per omnia pietati proximoru timor
dni preferendus est. et solus xpc est qui totu sibi debeat homine vendicare
In hys ergo tribus timore pietate sciencia mediator nr reconciliavit ho
mines deo. nam i consilio et fortitudine de manu adversarii liberavit.
Consilio siquidem pristino iure privavit hoste data potestate ut manus
mitteret i innocentem. fortitudine prevaluit ne violentus posset retinere
redemptos dns victor ab inferis redyt et vitam hominu cu eo surrexit. Ex
inde cibat nos pane vite et intellectus potat aqua sapiencie salutaris.
Est enim intellectus sicut spiritualis et invisibilis verus ac panis confirmans
cor nrm. et ad omne opus bonum roborans i eo exercitatione spirituale. Carna
lis aut homo qui no percipit ea que sunt spus dei sed stulticia illi videtur
gemat et lugeat dicens. Aruit cor meum qz oblitus sum comedere panem
meum. Certe enim vera et perfecta sentencia est no prodesse homini si mundu
universum lucretur aie sue detrimentu faciat. Sed quid capere posset aia
nisi hoc sine causa laborat quisquis et persuadere conatur. unde hoc nempe
qz stulticia illi videtur. quid verius quam iugu xpi ee suave. Appone ho
mini seculari et vide si no lapidem quam panem reputabit. Et certe huius
modi intelligencia veritatis anime vivit aia et hic cibus est spualis. no
enim i solo pane vivit homo sed i omni verbo qd procedit de ore dei. Verum
tamen donec sapiat veritas no sine difficultate ad interiora traicitur
ubi vero i ea ceperis oblectari iam no cibus sed potus est et sic difficulta
te mollit adeo quo delectet spiritualis cibus intelligencie potu sapiencie
digeratur ne spus interioris hominis aridus desit affectibus affectibus sciencia
te laborantibus oneri magis sit quam voluptati. Ex omnibus ergo que sal
vandis fuerant necessaria nichil penitus defuit salvatori. Ipse est enim
de quo premit ysayas. Egredietur virga de radice yesse et flos de radice
eius ascendet. et requiescet sup eu spus dni spus sapie et intellectus spus
consily et fortitudinis spus sciencie et pietatis et replebit eu spus timoris
dni. Illud sane diligenter attende qz florem hunc de radice yesse non de
virga dixerit ascensurum. Etenim si nova xpi caro i virgine creata es
set ex nichilo qd estimaretur no multi no de radice flos sed forte de vir
ga dici poterat ascendisse. Nunc aut qui prodyt de radice sine dubio
radicem ab origine probatur habuisse eandem materiam. Nam qz sup eu spus
requieverit nichil i eo contrarium fuisse declarat. In nobis enim qz ca
ro non superior est spus no requiescit quem minime adversus spiritum
et spus adversus carnem concupiscente a quo nos conflictu liberet in quo
nichil sile fuit novus homo et vetus homo qui carnem carnis nostre
suscepit originem sed vetus fermentu concupiscencie no suscepit.

|| Sermo i annunciacione domini de adventu et susceptione et
q ni dnice est i una quam magnu | beatam mariam.

Florens i iusticia ingenti quam munificus dns deus noster. Non

est qui filius sit tibi munerator copiosissime remunerator equissime pi
issime liberator. gratis respicis humiles iuste iudicas mortes misericorditer
saluas etiam peccatores. Hec sunt dilectissimi que nobis in mense diuinitus huius pe
nissimilias sonitu testimonia scripturarum hodie quidem si diligenter aduerti
mus solito copiosius apponuntur. Nimirum hanc copiam nobis prestant
que preter ceteras solum videlicet quadragesime tempus et sacratissima dies
diuine annunciationis. Hodie enim in auribus nostris deprehensam in adulterio mulie
rem indulgentia redemptoris absoluit. Hodie innoxium sustinere sanguinem
libauit. Hodie quoque beatam virginem singulari munere gratuite benedictionis
impleuit. Magnum conuiuium et preter nobis omnia iusticia gratia apponuntur.
Nunquid non mira est homini salutaris. Vio et efficax ad medelam? Nunquid
non etiam iusticia panis cordis? Et quidem optime conseruans illud repete a
bucis solidus ad muerendum: denique beati qui esuriunt illam quoniam ipsi saturabun
tur. Nunquid non abus aie gratia dei sui? Dulcissimus sane et omnem habens in
se suauitatem et delectamentum saporis. Porro tu hec sibi preter oua vendens
non modo delent sed reficit et medetur. Procedimus ad mensam hanc fratres
mei et ex singulis dapibus vel modicum aliquid degustemus. In lege moy
ses mandauit huiusmodi lapidare. Aut de peccatore prius de adultera
pharisei. Sed ad duriciam lapidei cordis tunc ille loquutus est. Ihesus autem incli
nans se et dominus inclina celos tuos et descende. Inclinans se et ad manum
flexus neque enim iudaycam cordis erant digito scribebat non iam in lapide sed
in terra. neque hec tamen semel sed bis quoque duplex scriptura sicut apud moy
sen tabule due. Et forte veritatem et gratiam scribens et iterum scribens ter
re impressisse videtur secundum quod apostolus ait. Lex per moysen data est gratia et
veritas per ihesum christum facta est. Consideranda denique in videri possit de ta
bula veritatis legisse unde refellet phariseos qui sine peccato est vestrum
primus lapidem in eam mittat. Verbum quidem abbreuiatum sed viuum et
efficax et ancipiti gladio penetrabilius. Quam grauiter enim ad verbum
hec saxea corda transfossa quam vehementer hec uno contacta sunt lapidee
frontes rubor ipse confessionis et clandestinus produnt abcessus. Meruit quidem
adulteram lapidare sed si ab puro gestant qui dignus non est etiam ipse pu
niri. ab presumit Apertam ne exige ultionem qui eandem non expers non
meretur. Alioquin ipse sibi vertitur a se incipiat iniste prius sententiam ferat
et peccatus vindictam hec veritas. Ceterum adhuc munifest et si accusato
res refellet hec veritas sed etiam reatum absoluit. Scribat iterum scribat
gratiam legat et audiamus. Nemo te condempnauit mulier? Nemo
domine. Nec ego te condempnabo vade et amplius noli peccare. O vox mi
sericordie o vox auditus letitie salutaris. Auditum fac michi mane miseri
cordiam quia in te speraui domine. Sola nimirum spes apud te miserationis opti
net locum nec oleum ... nisi in vase fiducie ponis, sed est infidelis fiducia

solvit itaque maledictionis [illegible] cum valeret in spe perituris quamquam nec fi-
ducia illa dicenda sit sed insensibilitas quedam et dissimulatio periculi.
Que enim fiducia est qui pericula non attendit. Aut que dei timoris remedi-
um ubi nec timor sentitur nec materia ipsius timoris. Fiducia solatium est
nec eget illo solatio qui letatur cum malefecerit et in pessimis rebus ma-
gis exultat. Regemus itaque fratres videri nobis quantis habemus requie-
tes et portum salutis in me[illegible] et devicta nobis desperamus ostendi. Gravitatem in-
tus nostras et studia nostra pericula que universa pugili intentione perspe-
ximus. Dicit quisque in pavore suo videamus ad portas inferi ut iam non nisi
in sola dei misericordia respiremus. Hec vera hominis fiducia a se deficien-
tis et innitentis domino deo suo. Hec magni vera fiducia cum metu non negatur
propheta attestante quoniam beneplacitum est domino super timentes eum et in eos qui spe-
rant super misericordia eius. Nec parva itaque suppetit nobis in nobis quidem timo-
ris in ipso autem fiducie causa. Suavis et mitis est et copiose nimis presta-
bilis super malicia multus ad ignoscendum. Credamus sane alii inimicis
qui in eo nil aliud nisi unde occasionem sumerent calumpnie requirere dicerentur
comparetur aut permitteret nec sibi oblata pareret illatamque [illegible]
nebat itaque manifestus adversarius legis cum absolveret lege damp-
natam. Sed vereor o pharisei incipit tota iste malignantis adinventio re-
torqueri. Diffidentis cause qui iudicem subterfugitis. Nam illa quidem
sententia legis absolvitur que se sententia accusatore relinquitur. Sed conside-
remus fratres que nam hunc alterum pharisei. Videtis ne duos senes nequam a
senioribus exire reperiunt quos in pomerio ioachim absconditur. Su-
sannam querunt inspicere cuius sequuntur eos nam iniqua cogitatione plen-
sunt contra eam. Consentire nobis aut senes aut pharisei aut lupi quidem
ab aliis paulo ante liceat certamini concilie fuerunt deviantium scri-
pture consentire nobis et commisce nobiscum. Invenit dicens malorum me-
accusabitis adulterum modo adulterium suadentis sed hec est tota iustitia
vestra et que palam arguitis eadem agitis in occulto. Hinc fuit quod ex-
iit unus post unum cum ille eorum vestitus conscientia unus tamen valide pers-
sisset rostra virtus dicens qui sine peccato est vestrum primus in eam lapidem mit-
tat. Merito proinde ad discipulos veniens ait nisi habundaverit
iustitia vestra plusquam scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum
celorum. Nequaquam dicamus dicit autem te testimonium. Sed enim dynamum et
non vidua nec hec quidem moyses in lege madavit. Sed qui decrevit
adulterum lapidare mandavit accusare prodentem. Sed qui iussit adulte-
ram lapidibus obrui iussit etiam contra infidentem testimonium fieri. Sed primo
vero sicut adulterum sic etiam falsum testimonium non impunitum esse precepit.
Sed qui gloriamini in lege per legis prevaricationem deum inhonoratis.
Ingemuit Iesus et ait. Angustie michi sunt undique. Undique enim mors.
Hinc quidem corporea inde spiritualis. Si hoc iniecit egero mors michi est

si autem non egero non effugiam manus vestras. Vestras o pharisei manus adul
tera effugit nec pudica. Vestras accusationes nec peccatrix evadit. dissimula
tis peccata vestra ubi invenitis aliena. Alioquin si quis forte suum non habet
vestrum ei impingitis crimen. Quid tunc Susanna fuerit inter mortem ac
videlicet et corporis undique angustiam. Melius est mihi inquit absque ope
re incidere in manus hominum quam derelinquere legem dei mei. Nimirum sciebat
ista quam horrendum sit incidere in manus dei viventis. Nam homines quidem
occidunt corpus animam non habent quid ultra faciant. Ille timendus est
qui potestatem habet et corpus et animam perdere in gehennam. Quid fa
milia ioachim tunc audit? crevit post posticum. Nam in pomerio clamor
auditur. clamor utique luporum gravium et balantis ovicule inter eos.
Sed non patitur ab eis iniuriam dominus qui ab ipsis eam furibus tam
dignanter eripit etiam corpore non merente. Merito propterea cum duceretur
ad mortem cor eius erat fiduciam habens in domino quem usque adeo timuisset
ut timori eorum preposuisset hominum et ipsius legem simul vite pretulisset
et fame. Non enim dictus fuerit alioquin huiusmodi sermo de Susan
na. sed et parentes eius iusti fuerunt et vir eius honoratior omnium Iudeo
rum. Merito ergo a iusto iudice iustam de iniustis obtinuit ultionem que tam
vehementer iustitiam esurivit ut propter eam contempneret mortem cor
poris obprobrium generis et luctum inconsolabilem amicorum. Et nos fratres
si a Christo audivimus nec ego te condempnabo si pertinere eum volumus con
tempnimus. Si in Christo volumus pie vivere necesse est ut sustineamus persecutionem ne
malum pro malo aut maledictum pro maledicto reddamus. Alioquin qui pa
tientiam non servaverit perdit iustitiam hoc est vitam perdit. hoc est perdit
animam suam. Michi vindictam et ego retribuam dicit dominus. Ita et persequens
ipse retribuet sed si ei vindictam servet si non tollas ab eo vindictam si non
reddas retribuentibus tibi mala fiet iudicium sed iterum patienti in potestate
iudicabit sed pro mansuetis terre. Iam vereor ni fallor molestum est
quod delicate tractant. nec mirum delicate sunt. non onerabitur quilibet
superatos ne a victoribus quidem possum petere fastidire. Missus est an
gelus gabriel a deo in civitatem galilee cui nomen nazareth. Miraris quod na
zareth parva civitas et tanti regis nuntio illustretur et tanto sed magnus
latet in hac parva civitate thesaurus latet inquam sed hominibus latet et non
deo. Nonne thesaurus dei maria. Ubicumque illa est et cor eius. oculi eius
super eam ubique respicit humilitatem ancille sue. Novit celum unigenitus
dei patris. si celum novit et nazareth. quidni sciat patriam suam quidni
noverit hereditatem suam. Celum ex patre nazareth ex matre vendicat si
cut siquidem ipse se et filium david et dominum esse testatur. Celum celi domino terram
autem dedit filiis hominum. Cedat ergo ei utrumque necesse est in possessionem sicut
qui non modo dominus sed etiam filius hominis est. Audi etiam quomodo terram sibi
tamquam filius hominis vendicat sed et communicat tamquam sponsus. Flores

nisi apparuerit in terra nostra neque hinc discrepat quod in nazareth inter spi-
nas flos. Amat florigenum patria flos de radice yesse et libenter inter-
lilia pascitur flos campi et lilium convallium. Commendat enim flores pul-
critudo suave olentia spes fructus gratia triplex. Te quoque florem
reputavit deus et bene ei complacet in te si tibi nec honeste conversationis
decor nec bone opinionis fragrancia nec intentio desint future re-
tributionis. Fructus enim spiritus est vita eterna. Ne timeas maria inve-
nisti enim gratiam apud deum. Quantam gratiam? Gratiam plenam gratiam singu-
larem. Singularem an generalem? Utramque sine dubio quia plenam et eo singu-
larem quo generalem. Ipsam enim generalem singulariter accepisti eo inquam
singularem quo generalem quia sola omnibus gratiam invenisti. Singularem eo quod
sola hanc invenisti plenitudinem generalem quod de ipsa plenitudine accipiant uni-
versi. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Singu-
lariter quidem fructus est ventris tui sed ad omnes quidem [illegible] te me-
diante pervenit. Sic nimirum olim ros totus in vellere totus in area sed in
nulla preter aream sicut in vellere totus fuit. In te sola rex ille dives et pre-
dives exinanitur excelsus humiliatur et immensus abbreviatur et ab
angelis minoratur verus denique deus et dei filius incarnatur. Sed quo fruc-
tu? Nempe ut omnes eius paupertate locupletemur eius humilitate subli-
memur eius minoratione magnificemur eius incarnatione adherentes deo
incipiamus unus esse spiritus cum eo. Sed quid dicimus fratres? Num po-
tissimum vasi gratiam infunderet. Si ut supra meminimus impar est quidem
nimie fiducia parva vox iustitie. Qualem iam petemus plenam gratie re-
ceptaculum explebere? Balsamum est purissimum et solidissimum vas re-
quirit. Et quid tam purum quod vel tam solidum quam humilitas cordis?
Merito proinde humilibus dat gratiam. Merito respexit deus humilitatem ancil-
le sue. Quoniam merito queris? Eo utique quod cum humilem meritum non
non occuparet humanum quo minus libere influeret divine gratie plenitudo. Sed
ad hanc nobis humilitatem quibusdam erit gradibus ascendendum. Primo enim
cor hominis quod adhuc peccare delectatur nec inserta consuetudine proposi-
to meliore inclinatur ne sit gratie capax propriis viciis prepeditur. Secundo quoque
ubi iam corrigere mores et priores nequicias de cetero non iterare proposuit
propter tamen peccata preterita licet iam impunita quodammodo videantur dum in eo ma-
nent gratiam non admittitur. Manet autem donec confessione laventur donec
succedentibus dignis fructibus penitentie de medio fiant. Sed ve tibi si [illegible] ul-
tima et peiora prioribus succresserit ingratitudo. Quid enim tam evidens
gratie adversatur? Tepescimus processu temporis a fervore conversationis
nostre paulatim refrigescit caritas habundat iniquitas et consumimur in car-
ne que spiritu cepimus. Inde est quod munus iam sicuti que a deo donata sunt
nobis in devotione pietatis et ingratitudine. Timore domini relinquimus religiosam omnit-
timus sollicitudine verbosi curiosi facti etiam detractores et murmu-